

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 305

**Autre(s) référence(s) :** ARTEM 2740

**Auteur(s) :** Raoul, fils de Galbert de Boury [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Rouen (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1105, 28 mai

**Action juridique :** restitution

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Raoul, fils de Galbert de Boury [-en-Vexin] rend à Notre-Dame de Rouen la terre de Gisors que tous deux avaient usurpée à cette église. Cette restitution fut faite le jour de la Pentecôte (28 mai) en la cathédrale de Rouen, en présence de l'archevêque, du clergé de la cathédrale et de nombreux citoyens de Rouen ; Galbert et Raoul reçoivent alors l'absolution pour leur faute. D'un commun accord, cette restitution est renouvelée à Vesly, en présence de nombreux témoins. Raoul, sur le point de partir pour Jérusalem, reçoit alors de l'archevêque vingt marcs d'argent.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, G 8740.

### Éditions principales

a. Crispin Jackson, Macary Léonce, *Falaise Roll Recording Prominent Companions of William Duke of Normandy at the Conquest of England*, Baltimore, Genealogical Publishing Company, 1969, p. 172-173 (avec fac-similé).

b. Bauduin Pierre, *La première Normandie (Xe-XIe siècles). Sur les frontières de la haute Normandie*, identité et construction d'une principauté, Caen, Presses universitaires de Caen (Bibliothèque du Pôle universitaire normand), 2004, Annexe II, n° 11, p. 378-379.

Texte établi d'après b

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI Mmo Cmo Vto WILLELMO ARCHIEPISCOPO IN SANCTA ROTOMAGENSI ÆCCLESIA presidente, Radulfus filius Walberti de Bodriz reddidit Sanctæ Mariæ Rothomagensis æcclesiae terram de Gisorz quam idem Uualbertus et ipse filius ejus Radulfus post mortem patris in excommunicatione tenuerant, auferendo eam eidem æcclesiae. Hanc redditionem fecit prefatus Radulfus apud Rothomagum per cultellum in diebus Pentecostes, super altare sanctæ Mariæ, dum missa ibi celebraretur, presente Willelmo archiepiscopo et presentibus archidiaconis videlicet Benedicto, Fulberto, Goisleno, Vrsello, Ricardo et Rogero secretario cum omni congregatione æcclesiae et presentibus etiam quampluribus civibus Rotomagi, ibique coram altari, absolvit archiepiscopus Walbertum et Radulfum filium eius culpam suam culpamque patris cognoscentem et confitentem. Ex hinc communi consensu, statuto termino ab utraque parte, convenerunt apud Uerleum tam archiepiscopus quam idem Radulfus filius Walberti necnon mater ejus et fratres, ibique Radulfus renovavit hanc redditionem, reddiditque tunc sanctæ MARIÆ prefatam terram de Gisorz per baculum in manu archiepiscopi. Ubi tunc interfuerunt hanc redditionem concedentes ex parte Radulfi, mater ejus et

fratres videlicet Walbertus, Eustachius, Albericus, Ingelrannus nepos ejus filius Willemi de Carz ; homines sui, videlicet Ricardus de Fontanis, Odardus Presteval, Johannes de Bodriz, Paganus de Corceles, Huchbertus de Verlei, Osmundus de Faiel, Bernardus filius Raineri, Drogo Sentier, Rainaldus Sorel, Radulfus filius Odardi. Ex parte vero archiepiscopi, cum prefatis archidiaconis interfuerunt casati SANCTÆ MARIÆ et homines ejus, scilicet Osmundus de Calvomonte, Paganus de Nielfa, Rotbertus de Faiel et Gaszo, Hugo dapifer Pagani et Willelmus frater eius, Guidardus filius Imeri, Eustachius de Fraisneus, Rotbertus filius Helinandi, Gislebertus de Verlei, Willelmus Crispinus juvenis et Manasses frater ejus, Willelmus de Condeit, Willelmus filius Hucberti, Hugo de Portmort et Johannes frater ejus, Walterus Torel, Hugo de Bosemont, Rotbertus filius Ernulfi de Villanis, Radulfus de Lisorz, Hugo filius Serlonis, Willelmus filius Eustachii, Ascelinus filius Andreæ, Rogerus de Pratellis, Radulfus de Vilars, Florentius canonicus, Ricardus presbiter de Gisorz, monachi vero de Verlei, Radulfus Mordant et Anschetillus. Cum his homines plurimi ibi affuerunt, et de Gisorz, et de Nielfa, et de Calvomonte, et de Verlei, et de Dangut, et de Vilars. Pro hac itaque redditione dedit prefatus archiepiscopus eidem Radulfo filio Walberti in cognitione .XXti. marcas argenti, eodem Radulfo in Jherusalem tunc ituro, sub testimonio omnium qui in hac carta scripti habentur.